

Litrodoxia Jesu. IX.

IMMANUEL!

DISSERTATIO THEOLOGICA,
DE
DUABUS IN CHRISTO
NATURIS ET COMMUNICATI-
ONE IDIOMATUM,

Auxiliante DEO Opt. Maximo,

In Regiâ Universitate Aboënsi,

CONSENSU REV. FAC. THEOLOGICÆ,

Publicè examinanda,

P R Æ S I D E

E NE VALDO SVENONIO,

Q. G. A. SS. Theologiæ Doctore,

& Professore primario,

RESPONDENTE

ANDREA SLETHERO, Smol.

Ad diem 1. Decembr: Anno *Xε' 1507* ορίας

M. DC. LXXXIII.

ABOÆ,

Impressa à Joh. L. WALLIO, Acad. Typogr.

Viris Amplissimis Consultissimisque

ADSESSORIBUS Regii Dicasterii gravissimis

DN. **O**L A O **S**A M U E L I S,
Patrono munificentissimo.

DN. **S**A M U E L I **O**L A I,
Nutritio ac Promotori benignissimo.

DN. **S**A M U E L I **P**E T R Æ O,
Mecœnati benevolentissimo,

Simul ac

Officio & Prudentiâ Spectatissimis

DN. **A**L B E R T O **K** o s t a m p / **C** u r i æ
Aboënsis Senatori, Evergetæ honorando.

DN. **H**E N R I C O **F** ä l p o / **M** e r c a t o r i
accurato, benefactori certissimo.

DN. **B**A L T H A S A R I **S** c h u l t / **p** a r i t e r
Negotiatori industrio, fautori indubitati:

Salutem ac omnigenam felicitatem!

Systema mundi, Passioni ac Promotores benignissimi, & res in eo existentes, altioris mentis indagine pensitaturi, planè admiramur, cum Deus T.O.M. hominem $\mu\iota\kappa\rho\acute{o}\kappa\omicron\sigma\ \rho\omicron\nu$ ad imaginem suam conditum, non solum sanctarum creaturarum Dominum constituit, verum etiam in jucundissimum paradysum introduxit, ut ibi omnium generum fructibus, exceptâ arbore vetitâ in medio horti positâ, ad placitum vesceretur. Ceterum antiquus ille $\alpha\pi\omicron\lambda\theta\acute{o}\nu$ hujus excellentiæ ac felicitatis prorsus impatiens, protoplastos nostros, proh dolor! præceptum Divinum transgrediendo, ad peccandum seduxit, & cum illos, tum omnes illorum posteros æterna morti obnoxios reddidit. O maledicendam Sathana astutiam, qui tantam gloriam in summam mutavit miseriam! Sanè hoc opus, hic labor fuit, quomodo deperditus homo ab infernali igne liberaretur, & in integrum restitueretur. Quod nullo alio pacto unquam fieri poterat, nisi Christus æternus Dei Filius merâ suâ misericordiâ motus, humanam naturam in utero mariæ virginis assumeret, facidissimamq; mortem pro omnibus subiret. O summè admirandam Dei bonitatem, qui sic mundum dilexit, ut filium suum unigenitum daret! O æternâ laude prædicandam Dei filii Charitatem, qui dum æqualis Majestate Deo patri existeret, dignatus sit homo fieri! O ineffabilem Sp.S. auctorem, qui sic opus redemptionis direxit! Hoc modo loco filiorum iræ, sumus filij Dei, loco mancipiorum diaboli,

boli, existimus fratres Christi, & Spiritus S. habitacula. O miraculorum miraculum! quod due natura divina vz. ac humana, in una existant hypostasi: Aded citra controversiam magnum est pietatis Mysterium, Deus est manifestatus in carne. Proinde nos γρησιως Lutheini credentes Filium Dei seu Deum esse passum, ac mortuum, hinc Ebion ac Cerinthus Arianiq; Divinam Christi naturam blasphemè negarunt, sed refutati ac damnati. Nec non hodie Eunomiani, Mubamedani, Judæi, Samosatensiani & Sociniani, contra quos prasens gravis Disputatio est conscripta, quam qualicundq; responsione defendere laborabo. Interea materiae hujus elegantiam summo perè allectus, animum meum subiit quibus eam more Academico inscriberem, tum vestra Nomina, Mecanates atq; Promotores exoptatissimi de Republica optimè meriti, sese mihi obtulerunt, quibus hoc Tyrocinium Theologicum submissè ac officiosè dedico, non vana ostentationis vel lucri gratia, sed ut humilimâ animi veneratione officium meum declarerem, eaq; me ipsum vestro benigno patrocinio impostherum totum commendam. Serenâ igitur fronte hoc munusculum suscipite, meaq; audaciæ favorabiliter ignoscite. Valet in Jesu redemptore nostro Θεανθρωπῶ, qui vos justitiæ ocellos bono publicè diu florentes vegetosq; conservet!

Vestrarum Dignitatum
ac humanitatum

observantissimus

AND. SLETHERUS.

§. 1.

II. LOCI THEOLOGICI, DISP. IX.

Quos vocare solemus Communes, Resp. AND.
 quorum mentio facta est in Disp. I. SLE
 circa hujus Tractatus initium de THERO.
 Divisione ejusdem pag. 3. Smol.

§. 2. 1. *Discimus ex hoc Aphorismo, Dogma de Veritate Humana Natura in Christo, esse longè certissimum.* e. Aboa.

Etenim hic Christo *Sanguis* adtribuitur, quod Heb. 2:14. ad *Nostri ὁμοσίαν* sc. humanā luculentè restringitur, sicut docemus ad versus α. *Marcionitas* Hæreticos antiquos exortos circa A.C. 155. tēpore Antonini Pii, quem furōrem postea Manichæi revocarunt ab inferis β. *Apollinaristas* ingressos Eccl. circa A. C. 377. imperante Valentino. Et γ. *Valentinianos*, corpus Christi fuisse nobis *in pūctis* criminantes circa A.C. 150. imperante in Eccl. occid. Antonino. Horum, & superiorum hæreticorum consequentè, parietes justè denigravit ex unâ q: *fidelit*

deliâ *D. Irenæus*, Episc. Lugdunensis, qui discipuli Joh. Evang. Policarpi discipulus fuerat, d. Pertinent huc *Eutychiani*, humanam Naturam à divinâ absorptam calumniantes circa A. C. 443. imp. Theodosio II. Nec non *Monothetæ*, unâ tantum voluntatem sc. divinam concedentes, A. Ch. 517. imperante Anastasio.

§. 3:5. Superiore seculo, superstitè adhuc *B. Luthero*, *Casperus Schwenkfeldius Silesius*, damnatas hæreses revocavit ex orco, negans carnem Christi, ex Virgine Maria generatam; sed ex semine sui Patris S. S. in Augustanâ conf. damnatus est idq; implicite Art. III. 7. Deniq; *Calviniani* hoc fidei Christianæ Articulo de *Veritate Natura humana in Christo* variis modis abutuntur, eamq; juxta Conditiones nudi hominis per omnia ferè æstimare pergunt, ut ex peculiari quæstione deinceps constabit.

§. 4. II. Discimus ex hoc dicto Apostolico, dogma de *Divinâ Christi Naturâ* esse longè evidentissimum: dicitur enim hic de Christo, quod sit *Filius Dei*, scilicet non

ut Angeli & homines per creationem & adoptionem; sed per Generationem æternam Psal. 2: 7. Christus ergò est Filius Dei proprius Rom. 8: 32. Unigenitus Joh. 1: 14. 18. modo Angelis incommunicabili *ἡγία μονοτρόπως* Hebr. 1: 4. 5. Æqualis Deo Patri Joh. 5: 18. Jehova dictus in V. T. infinitis locis, in quem credere ac confidere nos oportet Psal. 2. v. ult. Joh. 20. v. ult. In cujus Nomine æquè ac Patris & Sp. S. baptizamur Matt. 28: 29. &c. Hoc docemus adversus *Ebionem* & *Cerintum*, Refutatos à Johanne Evangelista c. 1: 1. seqq. *Arianos* damnatos in Concilio Niceno in Bithyniâ, circa A. Ch. 325. sub imp. Constantino Magno. *Eunomianos*, *Mubamedanos*, *Judaos*, *Samosatenianos*, *Photinianos* ac *Socinianos* &c. Partim implicitè ex parte explicitè damnatos in Aug. Conf. Art. 1. conf. *Symb. Nicenum* & *Athanasianum*.

§. 5. III. Discimus ex hoc loco etiam dogma de unione duarum in Christo Naturarum hypostaticâ seu Personali, longè esse verissimum; etenim cum *Filio Dei*, cum hic tum alibi in scripturæ testimoniis per plurimis, attribuat *Sanguis sine cujus effusione non sit remissio peccatorum*, Heb. 9: 22. Quod tamen de Deo Patre & Sp. Sancto nun-

quam legitur; nulla hujus attributionis ratio reddi potest alia, quam quod ὁ λόγος, *Verbum* (sc. Substantiale) *caro factum sit* Joh. 1: 14. i. e. *Filius Dei semen Abrabæ assumpsit*, Heb. 2: 16. Simulq; sanguinem illius omniaque humanitatis attributa propria in unitatem suæ ὑπόστασις seu personæ assumendo, verissimè sibi ac realissimè appropriavit.

§. 6. Modus a. attributionis hujus, quæ Filio Dei *Sanguis* adscribitur, alius sine absurditate dari non potest, ac si fiat vel *essentialitèr*, quod h. l. non habet locum, quia Filius Dei suâ naturâ seorsim carnem & sanguinem non habet; vel *Σχετικῶς* seu Relativè, non n. sufficit ut propter nudam relationem, aut *σχίσιν* humanæ naturæ à B. Virgine adsumptæ, sanguis & quidem Filii Dei proprius dici debeat. Aliàs n. sequeretur propter relationem inter Deum & S. Martyres, horum Sanguinem, Dei dici posse, quod toti *Canon* reclamât. Remanet E. Filio Dei Sanguinem assignari propter unionem personalem, atq; hinc derivatam veram ac realem Naturarum & Idiomatum communicationem.

§. 7. iv. Discimus dogmatidem de tribus generibus *Communicationis Idiomatum*, esse longè probatissimum. E. G. Exemplum *primè*

primi generis Communicationis Idiomatum, quod Liber conc. ita definit, fol. 770: quando ea, quæ unius tm. naturæ propria sunt, alteri Naturæ non seorsim, q: separatæ, sed toti personæ, quæ simul Deus & homo est, attribuuntur: extat in hoc loco. Ubi *Sanguis* dicitur esse *Jesu Christi*; unde tale axioma resultat: *Jesus Christus sanguinem suum effudit*. Cujus prædicatum, nempe effusio sanguinis, ceu humanæ naturæ proprietas, de tota personâ, quæ est Jesus Christus, enunciatur.

§. 8. Quocirca nota: in hoc genere solet scriptura adhibere particulas distinctivas, vel eas subintelligere, qualis hæc: secundum carnem, ut indicetur saltèm *πρωτον δεκτικόν* cujusque idiomatis: nostra n. alloecosis est distinctiva, *Zvinglianorum* verò exclusiva.

§. 9. Ad hoc genus com. jdiomatum, sed alterum ejus, juxta formulam conc. membrum, quod *ιδιονίμοις* dicitur, pertinet hæc propositio: *Filius Dei sanguinem effudit, Filius Dei passus est, seu Deus est passus*. Quia v. Calviniani veram hanc & realem *ιδιονίμοις* negant, fundamenta, quib. hoc dogma nititur in III. membro hujus Tractatus, volun-

cate Dei, producam, ubi ad Calvinistarum τῶν ἑρῶφων ἔλεγχον accessero. Plura verò nostræ sententiæ de tribus generibus communicationis jdiomatum scire cupientem manuductum volo ad meam Synopsis theologicæ Disp. XII. pag. 91. seqq. ubi etiam inveniuntur breviter notata, quæ circa hoc thema δογματικῶς scire conducit.

§. 10. Porro, sicut juxta Form. Conc. secundum genus com. jdiom. κοινωπίησις dictum est, *quando una Naturâ in Christo agit seu operatur cum communicatione alterius, quod cujusq; proprium est.* Ita hæc propositio huc spectat: *Christus ab omni peccato nos emundat.* Hæc n. emundatio est pars officii Christi sacerdotalis, & Christo juxta utramq; naturam competit, juxta divinam, quia a. mentio fit Fili Dei. β. Etiam solius Dei proprium est emundare à peccatis seu remittere peccata: juxta humanam verò, quia sanguis quoq; expressè emundare dicitur: ubi utraq; natura agit quod suum est, h. e. Natura Filii Dei seu divina exercet ἐνέργειαν emundationis à peccatis: humana v. in ὑπστάσει τῆς λόγῃ subsistens, profundit suum sanguinem, id est patitur & moritur. Illa assumpta

ptæ carnis sanguinem, passionem & mortem sibi realitèr appropriando: hæc v. propter arctissimam *κοινωνίαν* à Filio Dei potentiam ac virtutem infinitam accipiendo, inde ad placandum nobis Deum infinitum, ex infinitâ potentiâ sanguini Christi communicatâ, extat *ἰλασμός* seu *ἀντίλυτρον* sufficientissimum, 1. Tim. 2: 6. 1. Joh. 2. 2. Col. 1: 22. Hebr. 9: 12. Act. 20: 28. Joh. 6: 53. & 55. Eph. 1: 7. Rom. 5: 9.

§. II. Juxta *Tertium Genus communicationis idiomatum*, quod à veteribus Græcis Patribus *ὑπερψωσις* καὶ *βελτίωσις* vocatur. *Estq; in quo ὁ λόγος* seu *Filius Dei assumptâ Humanitatem præter & supra naturales illius proprietates & dona Creatæ, in veram & Realem proprietatum & operationum divinarum κοινωνίαν evexit, & quæ sibi propria sunt, eidem verè & realitèr communicavit*: cujus fundamentum vide indiētis Jer. 23: 5. *Germen Davidis est ipse Jehovab; Luc. 1: 32. Filius Mariæ est Filius altissimi.* Apostolica propositio ita informanda erit: *Sanguis J. Christi F. D. emūdat nos à peccatis*: ubi attributum solius Dei: *Emundatio à peccatis* Esa. 43: 25. Psal. 51. 2. 1. Joh. 1. 9. Luc. 5. 21. tribuitur humanæ Christi naturæ nimirum san-

gvini ejus, qui pars est humanæ naturæ.
conf. Esai. 53: 5. Hebr. 9: 14. Eph. 1: 7. A-
poc. 1: 5.

§. 12. *Summa*: Hæc propositio: *Jesus Christus Sanguinem suum profudit*, pertinet ad primum Genus Communicationis jdiomatatum. Hæc propositio verò: *Filius Dei sanguinem effudit, sive Filius Dei est passus, Filius Dei est mortuus, vel Deus est mortuus*, pertinet quidem ad primum genus com. Idiom. Item hæc: *Christus est passus, mortuus &c.* sed hæc ad *Συναμφορητισμὸν* seu priorem speciem primi Generis, illa v. ad posteriorem. Porro hæc propositio: *Christus emundat nos ab omni peccato*, spectat ad secundum genus com. jdiom. seu *κοινωνίαν ἀππλεσμάτων*. Cœterùm, hæc Enunciatio: *Sanguis J. Christi F. D. emundat nos à peccatis*, fundatur in Tertiò Genere Communicationis jdiomatatum.

§. 13. v. Discimus ex hoc aphorismo Apostolico, justificationem ac salvationem hominis peccatoris coram Deo esse merè Gratuitam, contra Pontificios. vi. Christi meritum esse perfectissimum adeoq; profusione sanguinis ejus ac morte consummatissimum, idque contra Pont. simul & Socinianos. vii. Sanctimoniam vitæ esse sectandam

dam; æqvissimum enim est, ut passionibus & morte Filii Dei, ab irâ divinâ, maledictione legis, peccatis nostris & æternâ damnatione redempti ac emundati, debitæ gratiarum actionis causa, Christo at toti Trinitati in justitiâ & sanctitate vera, per universam vitam nostram serviamus cont. Pont. docentes nos prohibere studium bonorum operum. VIII. Ingratissimos esse cuculos, qui Redemptionis suæ per Christum nobis unicè acquisitæ immemores, omnis generis flagitiis ac sceleribus contra conscientiam indulgent. IX. Summum consternatis conscientis esse solatium, effusione sanguinis dulcissimi fratris nostri Christi Jesu Filii Dei, justitiæ divinæ satisfactum esse, de quibus fusius differentem licet aliter disponentem, *confer Dn. D. Johannem Taufnerum*, in hunc locum, Professore olim Th. in Acad. Argentoratensi, celeberrimum.

§. 14. x. & ultimò, Locis doctrinarum hinc emanantium adjungere placet quæstionem ad statum Humiliationis Christi reducendam, in quo sanguinem pro nobis effudit, raram, arduam & à paucissimis, quod ego sciam, Theologis Lutheranz Religionis, ex professo ventilatam, exceptâ controversiâ *Giessenium & Tubingenium*. Scilicet:

An

An Christus noster Redemptor, in statu exinanitionis suæ, juxta Naturam Humanam fuerit omnipræsens?

§. 15. Tria præcipuè extant de hoc themate theologico dogmata: Negantium absolutè scilicet; distinguentium ac negantium; distinguentium, & affirmantium idq; sub censurâ, vel sine eâdem.

§. 16. 1. *Calviniani* negant hanc quæstionem, criminantes humanâ Christi naturam neque in statu Exinanitionis neque Exaltationis omnipræsentem esse, & nos, quòd affirmamus, per calumniam *Ubiquitarios* nominantes, cujus *ἑγκλήματι* & primus faber erat *Bullingerus* eumque insecutus *Petrus Martyr*, idque solùm ad conciliandam invidiam confessioni nostræ de majestate Filii Hominis, quasi nos statuere-
mus Christi corpus esse omnibus in lo-
cis

cis physicè expansum, imò in omnibus lapidibus, lignis, cantaris aliisque rebus localiter inclusum.

§. 17. II. *Lutheranorum Giessensium*, & nonnullorum aliorum; distinguit enim B. Dn. D. Balthasar Mentzerus in Antimartinio suo, p. 422. inter omnipræsentiam *absolutè* consideratam & *relativè*, illam accipit pro ipsâ essentiali immensitate & infinitate: hanc pro præsentia relata ad aliud. Unde de utraq; differit allegato loco his verbis: *Quando ergo disputatur de omnipræsentia Christi secundum naturam humanam, id quàm diligentissimè observandum est, minimè omnium asserti essentialem aliquam infinitatem vel immensitatem naturæ humanæ (absit! manet enim illa & manebit in æternum finita & circumscripta, essentia siue natura sua terminis & distincta suis mēbris*

bris ac συμμείξια partium humani corporis) sed quari de presentia quae refertur ad aliud. Ubi subjungit statim immediatè alteram distinctionem, quoque summè necessariam his verbis: *Qua relativa presentia rursum distinguitur in eam quae est humana natura ad τὸν λόγον, & illam quae est humana natura ad Creaturam. Rationem addit: Quia haec caro personalitèr est unita τῷ λόγῳ, ideoque illi praesens est intimè & arctissimè, sicut ἔσθια sua ὑποστάσει. Creaturis enim non est unita personalitèr, ac proinde sive adsit illis sive absit nihilominus ἐν τῷ λόγῳ subsistit, imò si nulla superstes esset creatura, venè in. ipsa esset cum τῷ λόγῳ unum ὑφιστάμενον: quod innuere voluit Dn. Lutherus, ubi monet de unione hypostaticâ humana natura cum λόγῳ sic esse piè cogitandum, quasi extra hunc mundum versetur, neque ulla subeat mentes nostras reliquarum creaturarum cogitatio: solus enim*

enim λόγος ἔσ' hac caro assumpta absque
 ullius alterius creature consideratione
 constituunt unum hypbistamenon. Eto-
 nim, fatebimur omnes factam esse u-
 nionem hanc cum ἀσυχύτως καὶ ἀρίστως
 contra Eutychem, tum ἀδιατάτως,
 ἀδιεσπάρως καὶ ἀδιερίτως contra Ne-
 storium, ut ex Damasceno de' ortho-
 Fide lib. 3. cap. 2. didicimus.

§. 18. Pergit idem B. Mentzerus con-
 tra Martinium Calvinistam, pag. 426:
 Cæterum quod attinet ad presentiam respectu
 Creaturarum, quam ἔ ipsam solemus vo-
 care omnipresentiam, necessaria est disti-
 ctio, quantum ad statum attinet secundum
 naturam humanam, inter statum Exinatio-
 nis ἔ Exaltationis: non enim fuit Christus
 ut homo omnibus rebus creatis præsens in statu
 Exinanitionis. Quod ut rectè intelliga-
 tur, accuratè observandum est, quomodo ipse
 scriptura istam omnipresentiam Christi de-
 scribat. Ista enim est non solum inutilis, sed
 etiam cum gravi piorum offendiculo conjun-
 cta disputatio, quando præter ἔ contra scri-
 pturam

pturam, de nudâ aliquâ & curiosa præsentia corporis apud res creatas differitur, quæ physico quodam & locali situ & conjunctione mutua, qualis est aliorum corporum sibi invicem præsentium in hac naturâ, definitio. Cujusmodi præsentia descriptionem ego non memini me unquam videre in illis scriptura dictis quæ Christi hominis gloriam & Majestatem, virtutem & effecta nobis proponunt.

§. 19. Porro, nonnullis interjectis respondet ad hanc instantiam: Si Caro Christi in Statu exinanitionis ubique & indistantè præsens fuit τῷ λόγῳ; sequitur inde, eam etiam fuisse præsentem omnibus creaturis, cum λόγος semper & ubiq; sit præsens omnibus creaturis: Respondet: Caro Christi unita est τῷ λόγῳ personalitèr, non sic creaturis. Deinde præsentia est effectum unionis, denique respectu λόγου non debet simpliciter dici caro omnipræsens esse creaturis propter unionem, quia λόγος sic est in creaturis omnibus, ut simul sit etiam extra eas. Dicam ergò eodem

dem modo : carnem in λόγῳ esse extra creaturas : quo tu dicis, carnem in λόγῳ esse in creaturis. Sic autem res habet : Caro est unita τῷ λόγῳ quatenus λόγῳ est, absq̄ ulla creaturarum consideratione, non autem quatenus λόγῳ vel in creaturis esse & agere, vel extra eas esse cogitatur : Hoc est, respectus ille λόγῳ ad creaturas, non pertinet ad rationem & modum unionis. Id sic illustro : Corpus Christi quando erat in utero Mariae, non erat Roma ; non Hierosolymis, vel alio loco extra uterum maternum ; ὁ λόγῳ autem erat ubique praesens. Hinc quaestio est ; An λόγῳ tum fuerit extra suam carnem, negatur & est ratio, quia ὁ λόγῳ cum sua carne, est una persona, qua unio nullatenus ferre potest διάστασιν. Et post nonnulla : fuit E. ὁ λόγῳ etiam extra uterum Mariae : fuit etiam extra illum locum, in quo naturalitèr & localitèr humana natura erat, sed non fuit extra suam carnem. Quare ? quia unio est ἀδιάστατος inter λόγον & carnem : non est

est unio inter λόγον & uterum, vel inter λόγον & locum assumpta carnis: hoc est, essentialia sunt diligenter distinguenda ab accidentalibus sive circumstantiis, simili ratione ο λόγος & Roma erat: Caro Christi non erat Roma. Et tamen ο λόγος & Roma existens non erat extra carnem. Et post pauca: Repetam paucis verbis eorum quae dixi, omnium summam: ο λόγος semper & ubique sibi ipsi per unionem υπεστικατην habet praesentissimam suam carnem, non autem semper eam praesentem constituit creaturis, ut in statu exinanitionis.

§. 20. III. Lutheranorum Tubingensium, affirmantium quidem Christum secundum Carnem fuisse ubique praesentem, sed simul plenarie, licet occulte, & incessanter regnantem: quam opinionem remonstrarunt Giefsenses in necess. Apologia, nec non Saxonici in Decisione, non posse subsistere, Conf. in mea Synopsi Th. Disp. XIII. th. 5.

TANTUM.

§. 21. Ho-

ANDREAS SLETERUS

Ἀναγραμματοζόμενος

RUS ET SANEDRALES.

Ἐξερχασία :

Rus colit antiquum terram proscindere a-
tatro

Qui didicit; Sanedrim diligit ET melior,
Scilicet ANDREAS, SANEDRALES optat habere
SLETERUS psalmos de meliore bono!

L. Mg,

PRÆSES.

In

Disputationem, sacram,

Respondente

Politissimo Juvene

DN. ANDREA SLETHERO, Smol.

Amico meo per dilecto publicè

ventilandam :

Est Deus est & homo Christus, lux, vita sa-
lusque

Mundi; quem veteres appellavere Gigantem.

Naturæ geminæ, genitū bis, simplice quāvis

Personā; quem hodiè genuit substantia Patris

Aeterni; omnipotens qui Rex & cuncta gu-
bernat;

Edidit insueto & quem virgo puerpera nixit.

Hic patiendo tulit peccantū crimina mundi;

Tra.

Traditus est tandem morti sed iudice iniquo;
Nostris misertus ter sacro sanguine lavit
Ne noceat stygius vofri Cacodemonis astus.
Tantæ molis erat nostrâ reparare salutē.
Pluribus ista docens hæc Dissertatio sacra
Quam nunc defendit ducto conamine noster
SLETHERUS, magni tutus sub PRÆSIDIS ũbra
Perge; tuis studiis adspirent fata secunda!

Operâ quamvis subitariâ, affectu ta-
men sincero adclamabat.

JACOB. FLACHSENIUS.

Pereximie Ornatissimeq; Dn. SLETHERE,

Si sententiam hanc Aristotelis amplectun-
tur eruditi, πρῶτον μὲν εἶν ἰδεῖν θεῖ, ὅτι
πίστεως ἰπιστήμης καὶ δυνάμεως ὅσι τί τέλος, καὶ
τῶτ' ἀγαθόν. ἔδειμία γὰρ ἔτ' ἰπιστήμη ἔπι δύ-
ναμις ἔνεκεν κακῶ ὄσιν; multo utique magis
amplecti, imo exosculari oportet aphorismum,
quem sacratissimum Domini est δ' εσπότ' εσ
pronunciavit: hæc est vita æterna, ut co-
gnoscant Te solum verum DEUM &
quem misisti Jesum Christum. Illam ve-
ro cognitionem cum permulti, proh dolor, a-
dulterata rationis indagine venentur, fit ut
monstruosas, primum quidem concipiant, post
autem ore scripturâq; edant opiniones: quibus

con-

*convellendis licet verbum Dei, Symbola
 Synodicum Chalcedonenſis tum alia, Cy-
 rilli contra Neſtoriam anathematismi, Pa-
 trumq; dogmata ſufficiant; non tamen in
 ulla cognitione ſtudioſius laborare debet CHRIS-
 TIANUS, quam ea qua ad vitam perducit
 aeternam. Tua ergo, Pereximie Dn. Re-
 ſpondens, induſtris, quam circa argumen-
 tum hoc plane divinum & eminent, ut ſe-
 pius frequentatum, declaras, illorum etiam
 damnat conſuetudinem, qui vitio vel ἀν-
 δειας vel ὀλιγομαθειας tranſverſum a-
 cti, iniquam de ſolidiori literatura ferunt
 ſententiam, quo vel ea ratione Strumiam
 dibapho tegant, hoc eſt, miſella ignorantia,
 ne cuivis innoſceat, velum obducant. Vereor
 certe ne Academia & Eccleſia Dei, ejuſmo-
 di ingeniorum, ſicubi erint, proventu, im-
 pendeat periculum, cum omnes hæretici
 ut ſcribit Theologus incomparabilis, B. Che-
 mnitius, vel ex ſupercilioſo Samofateni
 faſtu, vel ex Arii Dialectica, vel ex Aë-
 tii ὀλιγομαθεια (imperitia) prodire depre-
 hendantur. Tu vero pietatem cole, ſolidi-
 tatem perſequere, virtutibus inſia & optime
 Vale!*

T. ſtudios.

AND. WANOCHIUS

Phil. pract. P. Ord.

Ecce! quàm Apollineæ sudat fervore Sophiae
 Gnarus inexhausto, fonte levare sitim,
 Noster SLETHERUS, dulcisq; Heliconis Alūnus,
 Abodicis, clari portio grata chori,
 Athenis, nuper qui ornavit pulpita sacra,
 Discursu Physico: nobilitandus eò.
 Nunc, qui Nectarei, sacro de gurgite, fontis,
 Res dat secretas; pandit, & ore celer.
 Tænariæ sedis, Victoris, signa revelat;
 Sanguine purpureo, qui scelus omne lavat.
 Naturas geminas, valido nexuq; ligatas;
 Quæ miseros homines sidera ad alta vehunt.
 Gratulor exhibitas grandes tibi Numine dotes
 In studiis sacris; magna brabæa ferent!
 Offerent amplexus Pietas; nec summus Apollo
 Cesset pro meritis præmia larga dare.
 Sidere felici, decurras compita sacra!
 Mox gaudens, Christi, fœnore, pasce gregem.

BENEDICTUS LITTORINUS R. Al.

Ecce! in terras Lux alma reciproca Patris
 Tempore descendit, quo dedit ipse Deus
 Applicuitq; sibi mortalia membra, tulitq;
 Immeritos colaphos, vulnera, probra, necem.
 Hæc salus & vita est, hanc nôsse peritia summa,
 Quâ non ad cælum tutior ulla via.
 Gratulor inde tuos ausus SletHERE polite,
 Cui spes in Christo condita firma manes.

NICOLAUS Hahn Smol.